



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

V. Vt Iudaeis causas agere, aut militare non liceat, nec mancipia  
Christiana habere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

VALENTINIANI IMP. CONSTITVTIO. 673

tem, errata correxerint, seseque catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco sacerdotium fidelius subrogari: quatenus præsentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum disciplinæ iustioris instituat.

I V.

Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus deprauari, Manichæos, omnesque hæreticos, vel schismaticos, siue mathematicos, omnemque sectam catholicis inimicam, ab ipso aspectu urbium diuersarum exterminari debere præcipimus, ne præsentis quidem criminorum contagione foedentur.

Cod. Theod. De hæreticis l. 64.

V.

Iudæis quoque, vel paganis, causas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianæ legis nolumus feruire personas, ne occasione dominii sectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infuisti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subuenierit. Data VII. Idus Iulias Aquileiæ, cons. D. N. Theodosio Augusto XI. & Valentiniano Cæsare consulibus.

NOTA IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

<sup>a</sup> *Valentiniani III. Cæsaris constitutio.*] In optimo & antiquissimo codice ecclesiæ Lugdunensis, in quo post Synodos Gallicanas adiectæ ad finem sunt integræ diuersorum principum constitutiones 16. de rebus ecclesiasticis, ducto ab iis tribus initio, quæ iam editæ sunt ad calcem codicis Theodosiani, huic Valentiniani Cæsaris constitutioni, qui sexta ordine numeratur, titulus argumenti loco est huiusmodi: *Non licere clericos iudicio publico litigare, & omnes hæreticos debere de ciuitatibus proiici, & Christianos seruos non debere Iudæis seruire, & Iudæos non debere militare.*



ANNO CHRISTI 427.  
<sup>a</sup> CONCILIVM  
CONTRA MASSALIANOS HÆRETICOS

IN ORIENTE CELEBRATVM ANNO CCCXXVII.  
sub Cælestino pontifice.

NOTA.

<sup>a</sup> *Concilium.*] Anno Christi 429. Cælestini 4. Theodosii 20. celebrata est Synodus in oriente, in qua aduersus Massalianos hæreticos,

Causa, locus & tempus Concilii.